



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs XCVII. Dominus regnauit, exultet terra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Leti triumphantes emittant iubila siluae,
 Læticie pompam quælibet arbor agat.
 Nam uenit ecce Deus, uenit hunc ut iudicet orbem,
 Iustum iudicium iudicis huius erit.
 Diriget æquatis terrarum legibus orbem,
 Et fida populos dexteritate reget.

Iudicium est do-
 ctrina Euange-
 lii, quæ est po-
 tentia Dei ad
 salutem omni-
 credenti.

PSALMVS XCVII.

Dominus regnauit, exultet terra.

ARGUMENTVM.

Est prophetia de Regno Christi, sicut pri-
 or Psalmus. Ostendit autem hic duplicum
 huius regni administrationem: Pius est reg-
 num in nubibus firmatum iusticia & iudicio,
 hoc est regnum fidei, remissionis peccato-
 rum & defensionis. Impius autem est regnum
 ignis consumentis. Quare hortatur pios ad
 regnum hoc in sanctitate amplectendum, &
 promittit in cruce liberationem.

Quod Gentes Christus regnum est habiturus in omnes
 Psalmographi uatis sancta Thalia monet.
 Spiritus hoc regnum statuet, quod et ardua mundi
 Concutiet, uerbi ui dominante sui.

Summa manu Dominus cœpit moderamina rerū,
 Terreni exultent omnia regna globi.
 Omnis ab allapso quæ clauditur insula ponto
 Læta sit, et lætos gaudeat ire dies.

Narratio, in
 qua describit
 regnum Christi,
 qd credentib.
 est regnum salu-
 tis. Nō creden-
 tib. autem reg-
 num pditionis.

Nubi-

Fides est rerū Nubibus & circum caligine septus opaca est,
non uisibilium Ipsius ante thronum ius stat, & alma fides.

Ignis edax ipsum præcedit, & omnia uastat,
Quæ per circuitum perfidus hostis habet.

Ipsius illuxere iacenti fulgura terræ,
Vidit & expauit quicquid in orbe fuit.

Ante Dei faciem montes fluxere liquecentes,
Non secus ac flammis addita cera solet.

Nec mūrum, Dominus quia condidit omnia solus,
Et solus toto regnat in orbe Deus.

Sicut Psalmo
XIX, ubiq; an
nuntiatur iusti
cia eius.

πόθη.
Euangeliū Ido
latrām pellit.

Repetit caus-
am gaudiū.

Adhortatio
ad regni huius
subditos.
Significat cru-
cem & promit
tit defensionē.

Iusticiam ipsius cœli testantur, & omnes
Cœtus, maiestas quanta sit ista uident.

Erubeant qui uana colunt idola, suisq;
Sculptilibus miseri numen messe putant.

Huic uni genua ô reliqui submittite diui
O reliqui, tantum nomina uana Dei.

Audijt ista Sion & mox noua gaudia sensit,
Gentis Iudeæ concio lœta fuit.

Nam quia iudicij populos moderatus es æquis,
Læticiae series omnibus una fuit.

Nam tua sceptra pater super omnia regna tulisti,
Subdit a sunt pedibus numina cuncta tuis.

Qui Dominum colitis uere, & constanter amatis,
Omnia habete odio semina fœda mali.

Is sibi fidentes animas custodit, ab omni
Hostili insultu liberat ille suos.

Prodita lux iusto est, & qui sunt pectore recto,
Læticiae fructu non caruere suæ.

Ἐπιφύλαξ
In Domino gaudete boni, memoresq; referte,
Tam sancta grates pro pietate Deo.

Psalmus